



Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Feria 2. De zelo clarificandi Christi Domini. Clarifica filium tuum. Scientia
sine zelo, arma sine milite: zelus sine scientia, miles sine armis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

universam trahi urbem, capite pedibusque nudum, facem præferre, qua cuncto spectante populo confiteat, nimis esse injuriosam hanc nostram licentiam, qua sub *Titulo misericordia*, libentius nobis indulgemus. Agnosco capitale crimen! agnosco supremæ majestatis lastæ injuriam! agnosco perduellionis humani nefas. Abjuro facinus, detestor audaciam, & contra quosvis impugnantes profiteor hodie tali cultu semper nobis esse observandam Dei Bonitatem ac Misericordiam, ut sit duplicare peccatum, sub hoc peccare Titulo, & quo magis nobis pater Divina Bonitas, tanto minus peccare liceat, tanto magis peccantes oporteat arguere, & ne graviores poenæ iuant, tantò Deum magis precari & placare.

Huic affinis est illa Veritas, quæ habetur Feria sexta Parasceves:

Gravius est Christo jam à peccato pati,

H A C H E B D O M A D E Veritates eruentur ex illa Oratione, quam Christus Dominus ad Patrem habuit, & quæ refertur Ioannis decimo septimo. Cumque illa Oratio variis abundet affectibus, sexpræcipuis diligentur, qui frequentius occurserunt exercendi in meditatione Passionis Domini, sicutque ad eos in sequentibus mysteriis facilius efformandos, cum gratia disponemur.

FERIA SECUNDA. DE ZELO CLARIFICANDI Christi Domini.

AD HÆC PRIMA EIUS VERBA.

Rater, venis hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Iohann. 17..

VERITAS PRACTICA.

Scientia sine Zelo, arma sine milite: Zelus sine scientia, miles sine armis.

S E N S V S est, quod, sicut arma sine milite, aut miles sine armis, nihil in bello efficiunt: ita ciencia sine Zelo, aut Zelus sine scientia nihil contra hostes salutis, aut inimicos Christi profundit: ac prouide quām necessarius est horum usus, tam necessariò simul jungi debent.

R A T I O est, quia quando ad aliquem effectura

duo sunt: ita necessaria, ut unum sine alio nihil efficiat, simul illa jungi debent tam necessariò, quam verè talis effectus pretenditur.

S e a d Christo Domino clarificando, Zelus & scientia sunt ita necessaria, ut unum sine alio nihil efficiat.

Ergo simul jungi debent, aut nihil ages pro Christo.

I. PUNCTUM.

MULTA hic fructuosè considerari possunt, ante ipsam propositæ Veritatis confi-

confederationem. Primum est, quod dicit sanctus Augustinus de universa haec Christi Doctrina oratione, Ita se, inquit, Patri exhibere voluit precatorem, ut meminisset nostrum esse adhuc: proinde eam, quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis, quoniam tanti Magistrorum non solum ad ipsos sermocinatio, sed etiam ipsius pro ipsis ad patrem oratio, discipulorum est adificatio: & si illorum, qui haec dicta aderant audituri, profecto & nostra qui fueramus conscripta lecturi.

Deinde vero contemplare, quo cultu, quam reverentia cum internatum extinxit Christus Dominus oraret Patrem. Hac locutus est IESVS, ait Evangelista, & sublevatus oculus in celum, dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet Te.

Tertio perpende, quomodo passionem suam vocet clarificationem suam: nempe, ut dicit sanctus Hilarius, Clarificat Pater deficiente sole, tremente terra, procumante Centurione.

Et vero etiam tot Christi patientis Virtutes eliceunt, ut inde multum clarificari possit.

Quarto adverte diligenter quod, si quam Christus petat clarificationem, non aliter eam expedit, quam ut Patrem clarificet, quod est summa fidelitatis argumentum. Sic autem in ea ipsa filii passione Parex clarificatur, cum Divina ejus attributis, Bonitas, Misericordia, Sapientia, Justitia, & alia innoteantur. O quam Justitia cum summa Bonitate conjuncta.

Denique sic persuasum habe, quod quantum de Christo bene mereti optas, tantum a te clarificandum oporteat, quibus omnino modis & per sonis ipsum notificare possis contra obstantes quosque adversarios. Ad hoc autem tam eximium & tam divinum Opus operandum, Scientia & Zelus sunt ita necessaria, ut nisi utrumque adsit, nihil prorsus efficias. Atque hinc ratio & motivum efficax simul illa duo conjungendi desumitur, quia quando ad unum effectum duo quedam sunt ita necessaria, ut unum quidem sine alio nihil efficiat, efficiant vero simul juncta, tunc simul illa jungi debent tam necessariò, quam verè & efficaciter talis effectus prætenditur. Quod quidem in proposta similitudine armorum & militis tam claram patet, ut nihil evidebitur videatur. Quid enim Miles sine armis, aut arma sine milite: ac proinde si bellum est gerendum, nonne oportet militem armis esse instructum? sic planè de ceteris universum,

quæ mutuam à se exigunt operam, ut si quid videre velis, cum non possis sine lumine & oculis, nonne utrumque adhibes? si quid audiire optas, cum non alter fieri possit quam per sonum & auarem, nonne alteri alterum jungis? Hinc illa sapiens Sapientis exprobratio in pigrum jacta. Propter frigus piger arare noluit, Prov. 20. mendicabit ergo & staret, & non dabitur illi, quia diceret, cum noui aliter virtus subsidia subministrarentur à terra, quam dum excollitur & atatur; si quis terram non arat, non modò nihil sibi ad vitam colliger, sed neque ab aliis meretur quidquam accipere quod in re tam clara cœciat, & duo illa tam necessariò simul adjungenda neglexerit.

O quam multo plures sic æternæ virtus sibi subsidia denegant, quam hujus temporalis & caducæ! vix ullus est, qui suū non colat agū, & vix ullus est, qui suum excolat animum.

II. P U N C T U M.

Sed Christo Domino clarificando, Zelus & scientia sunt ita necessaria, ut unum sine alio nihil efficiat, simul autem juncta plurimum possint.

Nam prīmo quid efficiet scientia sine Zelo, cum sit hoc Zeli proprium scientiam auctoritate, excitare, & in medium producere, ut se ipsi prodat ad opus exterum, quæ alioquin non sic excitata lateret & ostiaretur. Hinc Sapiens semel & iterum, sapientia absconsa & thesauri invitus, qua utilitas in utriusque: MELIOR. & 41. est, qui celas insipientiam suam, quam hemo, qui ab condit sapientiam suam. ANGELI quoque, inquit sanctus Ambrosius, sine Zelo nihil sunt, In Ps. 118. & substantia sua amittunt prærogativam, nisi eam Zeli ardore sustentent. Tum paulo post, Et quid miramur, si Angeli eū habent; Ipse Deus Pater ait, Zelans Zelabo Ierusalem Zelo magno. Quia Deus magnus, ideo & Zelus magnus est, & pro unitus cuiusque qualitate, ita & Zelus aut mediocris, aut magnus est. Zelo vindicatur Ierusalem, Zelo Ecclesia congregatur, Zelo fides acquiritur, Zelo prudentia possidetur. Dominus quoque Iesus ait, Zelus domus tua comedit me. Et non nullis interjectis. Zelus utilis in Sacerdote præcipue, ne negligens ac remissus sit. Ac denique Zelum vocat Dei vitam, quasi diceret, Zeli ministerio Deum in illis vivere, quibus prædicatur.

Quod vero etiam Zelo Scientia sit adjungenda, duplice inter intelligi potest; primò quia

H. 3. domu

dem ut per scientiam intelligatur Discretio & Prudentia. Deinde vero etiam perititia seu intelligentia eorum, quae spectant ad cognitionem Domini Iesu. Quid enim doceas, quod ignores; aut quomodo fructus esse doceas, nisi prudenter discernas, quid, quibus, ubi, quando? Quod praeclarè sanctus Gregorius in hac verba Job, *Quis dedit gallo intelligentiam? GALLO, inquit, intelligentia de super tribuitur, quia Doctori veritatis Virtus discretionis, ut noverit quibus, quid, quando, vel quomodo inferat, dirimirius ministratur.* Non enim una eademque cunctis exhortatio concurrit, quia nec cunctos par morum qualitas astringit. Esepe enim alius officiunt, qua aliis prossunt. Vide quae plura prosequitur. Quem in sensum recte etiam sanctus Bernardus, facilius Zelo tuo spiritus illudit terroris, si scientiam negligas: nec habet callidus hostis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quam si efficere possit, ut in ea incutiat & non cum ratione ambuletur.

Serm. 19. Itemque alibi, Importabilis, ait, absque scientia est Zelus, ubi ergo vehementer amulatio, ibi maximè discretio est necessaria qua est ordinatio Charitatis. Semper quidem Zelus absque scientia minus efficax, minusque utilis invenitur, plerique autem & perniciosus valde sentitur. Hoc est denique, quod Apostolus de Judæis dicebat, *Emulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Non est hoc ximulari Deum sed seipsum.

Serm. 49. Rom. 10. Itemque alibi, Importabilis, ait, absque scientia est Zelus, ubi ergo vehementer amulatio, ibi maximè discretio est necessaria qua est ordinatio Charitatis. Semper quidem Zelus absque scientia minus efficax, minusque utilis invenitur, plerique autem & perniciosus valde sentitur. Hoc est denique, quod Apostolus de Judæis dicebat, *Emulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiam.* Non est hoc ximulari Deum sed seipsum.

III. PUNCTUM.

SIC ergo Scientia & Zelus coniungi debent ad clarificandum Dominum Iesum, ut nisi simul coniungas, nihil efficias. Sic defecta Scientia

corrigitur ille, cui dicitur, *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne facer otio fungaris mihi.* Defectu autem Zeli arguuntur iij, quibus A. Osee. 4. postolus, *Et vos inflati es sis, & non magis lucrum habuistis, ut tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit!* Ab utroque ve ò simul conjuncto p. acclarè commendatur celebris ille Apostoli discipulus Apollo nomine, de quo sic in actis Apostolorum: *Hic erat edocitus viam Domini, Act. 18.* & servens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea, quae sunt Iesu. Expende accurate quænam ea sine, quae sunt Iesu: an illa probeteneas, an loquaris ferventer, & communices, quibus oportet, seu ex officio, seu ex Charitate? Si quidem ita est, dic cum Apostolo, *2. Cor. 1.* *Deo gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu,* & odorem notitia sua manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in iis, quod salvi sunt; & in iis qui perirent. Si vero I. 6. deficit, gemè cum Propheteta: *V. mihi, quia tacui;* accendatur vélut ignis Zelus tuus. Frequenter illud repeate, quod Christus Dominus conjunctimq; cum illo vehementer obsecra; *Pater, venit hora, clarifica sicutum tuum,* ut filius tuus clariscet te. Innotescat toti mundo, Scythis & Barbaris, Cannadenibus, & quibusvis gentibus, populis, linguis, & nationibus; *Innova signa, & immuta mirabilia,* Eccles. 36. *Glorifica manum & brachium dextrum.* *Suscita predicationes, quas locuti sunt Prophetae priores;* Sic quondam Sapiens, à quo illud postremum audies. *Eritis eruditis in omnibus, & probabilis Ibid. 42.* in conspectu omnium virorum.

Vide in 1. parte, hanc inter alias, Veritatem.

Nemo minus sibi Christum servat, quam qui magis sibi soli servat.

FERIA TERTIA. DE NOSTRA SVBIECTIONE Sub potestate Christi. Ad hæc eius Verba.

VERITAS PRACTICA.

Quod magis Christo subiicimus, eò magis erigimus.

RATIO EST, *Quia eo magis erigimus, quo pro-*

pius ad finem nostrum supernaturale accedimus.
Sed eò propius accedimus, quò Christo magis subiicimus.

Ergo & eo magis erigimus. Et tamen non vis subjici.

I. PUN-

